

S. P. D. Johannes Planta Debitor tuus, Vir Clarissime, hūc apud nos Curia est. Literas tuas illi recitavi, et ut satisfaceret, rogavi et iustit. ille benignissime respondit, se facturum, modo in istis mundinarum et Comitiorum precepta posset. spero igitur, se nummos, ut proxime tibi mitti possunt, hic Curia relicturum. Quod si fiet, et ut fiat, instabimus, nos diligenter curaturi sumus. Proxime ad vos transmissis literas, Clarissimi viro dno Bullingero inscriptas à Leigione Lentulo ꝑ cui d. Bullingero aliquid pecuniarum mutuo dederat: ꝑ missas, in eis forsitan aliquid de debito continetur. si quid adfuerit transmissum, curabo. Nova apud nos hæc feruntur; Hispanos castra movisse, et recta Turunciam contendere, inde Genavam, ut eam obsidione urgant. Misericors Rex Eulisia sue adesse velit, et ex rugientium bonum vicibus erueri. In calce literarum, quas novissime ad me, Clar. Vir d. Bullingero dederat, adscriptum erat. Et dno Gualltheri literis te intellexisse putō, filii tui negocium feliciter executum. At ego nihil literarum à prestantissimo viro dno Guallthero accepi. Nihilq; certi habeo, cumq; nihil amplius spei mihi reliquum esset, filium Clavennam ablegare statui, qui Italianam linguam addiscat. Interim si quid brevi acciderit, ego illum ad d. Martini festum revocaturus essem. Sed ꝑ ut verum fatear: ꝑ ego Gallorum promissis, quantumvis prolixis parum tribuo, nemo enim ab illis nisi horridi milites, facile aliquid impetraverit. Et quoniam hæc non successerit, velim ego clarissimis viris plus negocii et molestie facere. Certè nos memoria grata id semper prosequemur. His benevaleat humanitas tua, me sibi semper commendatum habeat. Clarissimum virum dnum Bullingerum salvum cupio, et ut balnea illi bene vertant bene opt. Maximum rogo. Clariss. Virum dnum Gualltherum, dnum Ammaicum et coeteros Mæcenates meo nomine salvere jubeas velim. iterum vale vir Clarissime. Curia Rhetorum. 4. Nonas Junij Anno 1567.

Johann Pontifella
Tuus quantus quantus.

Inscriptis.
Clarissimo viro dno Ludovico Lava-
thero, Tiguri divini verbi præconi fi-
dissimo, dno meo perpetua fide colen-
do.